



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Politicorvm Libri Decem

Contzen, Adam

Colonia, [1621]

Cap. XXIV. De studio Logicæ, Physicæ, Metaphysicæ, Matheseos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)

zum proficiat; profectumq; vnus cuiusq; e suis scholasticis speciatim procuret.

Vt autem talis sit, eligatur doctus, Deum timens, amans Reipublica. Et quamquam talis sit, in eum tamen procerum oculi coniecti sunt, ne tædio aliquando demutetur.

C A P V T XXIV.

De studio Logicae, Physicae, Metaphysicae, Mathematicos.

§.1. **N**ON est mihi animus has facultates, ciuitatibus commendare, præstiterunt id illi, qui in singulis claruerunt. Sed consilium dare Reipublicæ, quo in admittendis illis vtatur, & docendis. Nam de necessitate, vsuque Dialecticæ, cum sit primum rationis instrumentum, nihil dicere necesse est, nec quicquam in ea, nisi sophistice reprehenditur. Qui à philosophia eam remouerunt, maiorem pene, quam philosophia necessitatem illius iudicauerunt. Lætius in vita Epicuri, ab eo philosophiam ait diuisam in Canonicam, Physicam, Ethicam, Canonicam esse quæ ad opus, aggressiones, & aditus præstat, & vno libro ab eo traditur, qui ab eo Canon vocatur. Stoici Canonem in Logica, & Rhetoricam diuiserunt. Itaque Epicurei cum separare Dialecticam vellent, eam tamē alio modo, & via admiserunt. Epicurei inquit Sen. Ep. 89. duas partes philosophia putauerunt esse, Naturalem atque Moralem: Rationalem remouerunt. Deinde cum ipsis rebus coegerentur ambigua fecerunt, falsa sub specie veri latentia coarguere, ipsi quoque locum quem, De iudicio, & regula appellant, alio nomine rationalem induxerunt.

Verum mihi constitutum est leges scribere, quas Respublica Dialecticam docturo imponat, nam in ea docenda, plurimum errari passim nihil dubito.

§.2. Dialecticæ docenda lex prima. Ad eam discendam neminem in Europa admitat, nisi in eloquentia mediocriter versatum. Hæc regula adeo necessaria est, in illis quidem prouincis, quæ cultioribus literis deditæ sunt, vt sine summa infamia negligi nō possit. Cum enim latine differendū sit, nisi ante eloquentiæ præcepta, exercitationesque perceperint, necesse est omnino infantes reddi; concise enim, obscureque disputat, suis verbis à communi vsu alienis dialectica vitur, quo fit, vt nec pristinam facultatem retineant, nec acumen Dialecticorum intelligant, vt quæ intelligunt, timore commitendi solæcismi proferre non audeant.

§.3. Secunda lex est. Vt Dialecticæ præcepta ab Aristotele solo accipiatur, imo & Physicarum rerum reconditissimæ scientiæ, ita mos est Societatis nostræ, & consentiunt iam octingenta pene secula. Quia vero multi nos eā de causa grauitè impugnant, & Franciscus Patricius Venetus Aristotelis Philosophiā pessundare conatus est, non omnium modo nos Peripateticorum iudicio, sed aliorū sententia quoque defendam. Iustus Lipsius vir doctissimus, & vsu doctrinæ ad publicam vtilitatem semper referens ita li. 1. c. 4. manu ductionis hac de re differit. Sed tamen iam

eo ventum, vt reliquis cedentibus, dū de principatu fere contendant, Peripateticorum, & Stoicorum. Nam Epicureos communis consensio iugulauit. Academici ipsi se, & nullam scientiā proficendo, discipulos habere disierunt. De peripateticis, hodierna iudicia si audias, rem factam habes: in scholis soli regnant, ab octingentis amplius annis apud Græcos, Latinosq; admisi. Quis pelleret velim, nec debeam fortasse: diuiduum tamen hoc regnum facere, & collegas dare, nescio annō sapientiæ meū optet. Aristotelem regem illum Peripateticorum, magnum inter homines fuisse, quis abnuat? & magni ipsi viri locum sic assignat.

Cicero inter primos: vir non solum in dicendo copiosus, sed etiā in philosophia singularis. Alibi: summo ingenio, scientia, copia. Iterumq; Quo nihil politius, nihil acutius. Eadem aureū eloquentia flumen dicitur: & Plutarcho, vir eloquentissimus, & peritus flectendi animos, quæqua vellet. Deniq; plena manu Cicero: Quis omnium doctior, quis acutior, quis in rebus vel inueniendis, vel iudicandis, acutior Aristoteli fuit? Neg, alii ab his elogiis diuertunt. Plinius quidem, summū in omni doctrina virum appellat: alibi: immensæ subtilitatis. Quid Arnobius: vir ingenio præpotens atq; in doctrina præcipuus. At Auerroes velut lymphatur in eius laudes. Arist. inquit, tres scientias inuenit, Logicā, Naturalem, Diuinam: & nullus error iuuentus est, vsq; ad hoc tempus, qd est mille & quingentorum annorum. Et talem esse vnum hominem potius est Miraculosum, quā humanum, idem alibi: Aristoteli Regula, & Exemplar, quod natura inuenit, ad demonstrandam vltimam perfectionem humanam. Deniq; simili elogio: Aristotelis doctrina est summa veritas, quoniam eius intellectus fuit fini humani intellectus. Quare bene dicitur, qd fuit creatus, & datus nobis diuina prouidentia, vt sciremus quicquid posceri. Hæc magna, admiranda sunt, fateor: & quæ viri celestibus pene æquant. Quid tam ali: alia. Tertullianus, Minutioliquum eius taxat: & eadem voce Irenæus, Minutioliquum, & subtilitates circa questionem. Hieron. versutias eius. Quid voluit nimis & tenuiter subtilem fuisse, atq; inquisitorem: sepe cum obscuritate. Ideo Sidonius: explicat vt Plato, implicat vt Aristoteli. At Gregorius Nazianz & hoc, & grauiora obicit. Bānæ mouit inquit, Αριστοτέλης τὸ μικρολογον, & εὐολογία, ἢ τὸ ἐπεχρον ἢ τὸς δυνάμεις ὁ λόγος, ἢ τὸ ἀνδραγαθὸν ὅτι διορθοῦται. Abiice mihi Aristotelis Minutioliquum, sagacitatem & artificium, abiice mortuales illos super animam sermones, & vniuersæ, humana illa dogmata. Damnat non assurgentem & in humilibus terrenisq; herentem. Hoc & Atticus apud Eusebium. Αριστοτέλης ἀεὶ καὶ τὰ περὶ αὐτοῦ λέγουσιν ὅτι δεινὸν καὶ μέγα ὅτι ὁ πρὸς τὸν ἀνθρώπου λόγον ἔχει ἰδίαν ἐδωκεν, τὴν δὲ πρὸς τὰ ἀνθρώπων ἐπιστήμην οὐκ ἔδωκεν, ἀλλὰ τὰ ἑαυτοῦ. Aristotelis tenuis & humilis subtilitas, quæ res terrenas quidem peruadere, & quid verum in eis peruadere posset, at solida illius veritas, clarū, & serenū lumen non ei fuit inspicere. Lactantius pariter: Aristoteli de Deo ipse secum dissideat, & repugnantia dicit & sentit. Iterum, Aristoteles, Deum nec coluit, nec curauit. Philo Iudæus: Αριστοτέλης μὴ οὐκ ἔσχετο, ἢ οὐκ ὡς ἐσθλὸς & Aristoteles nunquā pie, aut sancte doctus. Itaq; vides mi auditor attolli, vides deprimi, in iudiciorum isto velut oscillo suspensum. Imo & hoc discite, Platonem illi consensu fere ab antiquis pponi. Cicero ipse, ille ex professo, imo velut ex conducto, eius praco, palmam auferit & in Platonis dextram transfert. Aristoteli excepto Platone, philosophorum princeps. Nonne palam secundum sacra? iterum: Aristoteli longe omnibus, Platonem semper excipio, præstans ingenio, & diligentia. Et plerique et nostrorum procerū tabellam in hanc partem dimittunt. Arnobius: Plato ille diuinus, multa Deo digna, nec communia sentiens multitudini. Iterum: Plato ille magnus pie sancteq; sapiens. Et Tertull. consentit, & in Aegypto hac dogmata à Trismegisto illo hausisse maxime, eiusq; scriptis, fateatur. At alii ad Prophetas & sacros et libros mittunt, & palam Numenius: τὸ ἐπὶ πλάτων ἡ μυστὴς ἀνέλιξε, Quid est Plato nisi Moses Atticisans? August. autem ille nostrorum scriptorum apex, Platonem ceteris philosophis gentiū longe lateq; præfert. Imo in calo perire (quatenus pie potest) ponit: Hunc Platonem, inquit, Labeo inter Semideos commemorandum putauit. Semideos aut heroibus anteposit, & vtroq; inter numina collocat. Verum tamen istum, quem appellat semideum, non heroibus tantū, sed etiā diis ipsis preferendū esse non dubito. Eodem sensu alibi, templū ei iustius, quam diis illis gentium ponendum. Et quæ de causa quam ipse promittit: Platonicæ familiæ Philo: facillime omnium, paucisq; mutatis, fieri posse Christianos. Et sane multum in philosopho, imo caput est, ad Deū, & diuina assurgere: quibus cetera omnis sapientia nexa est, & pendet. Itaq; vides in istis Arist. nec (prudentes aliquis negauerit) à Platone, iteq; à Stoicis, longe vincti, & relinqui. Quid tamē est? Dialectica firmiter, & compositè tradidit: sicis nemo idē Physica de quib? Tullii hoc testimonium: naturā sic à Peripateticis inuestigatā, vt nulla pars, celo, mari, terra, sit prætermissa. maior.

Cicero de Aristotele.

Plutarcho de Aristotele.

Plinius Arnobius.

Aristotelem probant.

Auerroes nimis admiratur.

Aristoteles Minutioliquus imitator.

Multa Aristoteles signavit, in diuinis rebus.

Plato Aristotelis amicus.

Platonici facile sunt Christiani.

In Dialectica, & Physica.

Aristoteli maior.

Et

Dialecticæ seu pars philosophiæ sit, seu diuersa ars, necessaria est.

Dialecticū literis humanioribus imbutum esse oportet.

Philosophus esse, sed loqui non potest nisi literis instructus.

Societas Aristotelem exponit.

Lipsius Aristotelis defensor.

Aristoteles iam octingentos annos regnat.

Medicinæ curam esse oportere maximam.

§.1. **Q**UONIAM dictum est omnibus ab Ecclesiastico cap. 38. de honorando medico, id præcipue Reipublicæ, & principi imperatum est. Eorum enim est, non libi modo, sed toti patriæ prospicere, ut opportune morbis obuiam eatur, medici, Chirurghi, Pharmacopolæ præstantes habeantur. Ea vero munificentia habendi tunc, ne ægrotum turbam optent. Quemadmodum vero prudens paterfamilias, cum famem sedauit, in futuram necessitatem tamen cōmeatum reponit, ita quoque ciuitas vel vnum, vel plures habeat medicos, qui priuatis morbis, & epidemicis medeantur. Nec modo in Republica foueat, sed honoratum quoque locum tribuat. Ego quod ea de re sentio perspicuis verbis complectar.

Medicus
Reipublicæ
præcipue
honoran-
dus.

§. 2. Honor medicis singularis in Republica tribuatur, Ita diuine literæ, Eccle. cap. 38. 1. *Honora medicum propter necessitatem, etenim illum creauit Altissimus. A Deo est enim omnis medela, & a rege accipit donationem. Disciplina medici exaltabit caput illius & in conspectu magnarum collaudabitur. Altissimus creauit de terra medicinarum, & vir prouidens non abhorrebit illam. Nonne a ligno indulcata est aqua amara? Ad agnitionem hominum vitus illozum, & dedit hominibus scientiam Altissimus, honorari in mirabilibus suis. In his curans mitigabit dolorem, et iumentorum faciet pigmenta suauitatis, & vnctiones conficiet, sanitates et non consummabuntur opera eius. Pax enim dei super faciem terræ*

Græca hodierna plerumque habent: τῆς τοῦ γάρκου
 αἰῶνος τῆς πρώτης αἰῶνος. Non enim medicum ad ne-
 cessitates honoribus eius. Non enim honorem, ut ele-
 gigit, quo illi succurrat, nec cogat. Sed hoc vult, ut cum
 antequam morbi necessitas in eum torquetur honores.
 Sic Ben. Sira exposuit: ἵνα περὶ ἡμετέρας μεδία jubent
 dari munera, honoremque, ut per illi in eum non mor-
 temore, se tuens, promittat iurata.

§. 3. Tanta lit in Republica Medici dignitas, praemiisque, ut vadeat etiam nobiles magnatesque aspirant; licet non minus ad capestrandam Republicam aditus Machaoni, quam Ichnoeleis. Quod enim non committant illi Republicae partem civitatem suam, liberorum, coniunguntque concedunt. Causa circa iudicem, est; quia sanitatem Civium, et principis dignam esse iudicio, quae a viris primariis curatur. Nec indignum et viro nobili obire pauperum causas, tenere artem pulchram, signa morbum, et criteria iudicare, cataplasma praescribere. Humana malitia est quae salutis suae a nobilibus estimationem detraxit et eadem tamen scelerum suorum vindictam maiestatem circumposuit. Tales et sceleris elidendi magistratibus adduntur tanquam insignia potestatis et sunt tamen carum instrumenta. Carceres illi dunt, noxios tenent, iunguntque secari, viri crucem imperant. Atque ad hanc potestatem ambitiosa iudicium et praefectorum nomina cadunt. Cur minor sit honor medicis vita salubritatibus patrono, quam Ichnoeleis magistro administrato? Iuridici bonis suis rationa nostra ordinis corriguntur quae potestatem perdenti reos plures astringit, quam fortitatem servanti civis. Unde hoc tantum malum est, ut minor sit qui servat bonos, quam is, qui perdit malos? Quid non ex dictum velim, quasi velis peritis vel magistralibus medicos praeferrimus. Nam magistratibus omnis manet honor et aliam morem ordine nemo. Et si hic confectis ex ore Academiarum iacent medicis, sed ut ostendamus quod publicis dignitatibus ornandos, nec quidam in eorum functionibus vile censendum esse

Living h
mexico
revit.

Medice magi
stratus comit
+ acty

Et Laertiiu tōis φησι κοῖς ἀπολογικώτατο· πάντων ἐγένε-
το, ὥστε καὶ ἐπὶ ἐλαχίστῳ ἀποδιδοῦναι τὰς αἰτίαι. In natu-
ralibus omnium maxime rationes reddidit, etiam ad resque
minimas. Ideo videtur, quod has duas partes attinet, in scho-
larum receptum fateror: quem enim potius? & veteres alii, qui hæc
tradiderunt, ego perierunt. Sed & opus iuuentuti certum do-
ctorem, & dogmata esse, quibus insuecant. Quædam modum
folia, ait Seneca, per se vivere non possunt, rami desiderant,
qui inhereant, ex quo succum trahant: sic præcepta si sola sunt,
marcescunt, insigi volunt sectæ. Iuuentuti, inquam, hoc opus: at
iam viros, qui invidia aut ignavia est, longius non mittere: In
Theologicos, in Ethicis, in Istis Physicis, quam multa præclara,
rara, Pythagorei et poeci dixerunt. & quedam etiam alii.
Hæc ego non adeam, vsurpem, & velut relicta à maioribus
hereditatem cernam? Andacter & rsi in senatu sedeam, non
audiam tantum, sed exanimem: & ipse rogatus, sententiam
audiam. Nam semper illam vnius sequi, arguit nosser Annæus)
non id curis, sed factionis est. Equidem ad iurgo & veneror in-
uenta, inuentores, que sapientia: sed v homo homines, & qui nō
Domini nostri, sed duces sunt. Quis ille tam feliciter, imo tam
diuine sapiens.

Auctor opus
est & dux
adolescen-
tibus.

Alii iun-
gendi, nemo
vnu habet
omnia, sed
nemo plura
aut melio-
ra quam
Aristoteles.

Plato infe-
rior Aristo-
tele.

Alii iūgen-
di sunt Ari-
stoteli.

Vide caput
de studio
Philoso-
phia.

Ignorantia
operum Dei
superstitio,
magiaque
innualefcit.

Omnia veridico qui quondam ex ore profudit ?

Non fuit, non erit. Et est hæc æternæ illius benignitatis, spargere
ingeniorum dona in ætates, & in homines: nec in vnam illam,
aut hunc vnum, omnia & semel conculcasse. Optimus vatum

Ἀλλ' ἔπως ἅμα πάντα θεοὶ δύναν ἀνθρώποισιν.

Sed non in simul, & semel, omnia Dii sua donant.

Vtendum est testimonio magnorum virorum, vt nostra causa tantis auctoribus probata, verecundia patronorum tuta sit. De Logica, & Physica nemo negabit, nisi qui quis meliorem ostendat auctorem, accuratiorem, & argumentandi peritiorem. Platonis Dialectica pene nulla est, Physica illius pauca, & erumpula. Morales disputationes plures, sed nulla compendio totam Ethicam tradunt. Patrum atque magnus habitus est, quia in rebus moralibus multa docuit, & in diuinis ad Christianos accessit; Multaque argumenta Episcopis, contra Idololatrias suppeditauit.

§.4. Tertia lex. In Logica, Physicaq; ita Aristot. exponatur, vt quicquid ex veteribus, recentioribusque doctum, & vtile colligi potest, simul accurate tradatur. Nam nihil alios vidisse præter Aristotelem, nihil tot millia interpretū addidisse Aristoteli, non modo incredibile est, sed libri quoq; innumera ostendunt.

§.5. Quarta. In Dialectica res breuiter exponatur, inutiles tricae, argutiaeque tollantur. Nouae quaestiones ne addantur, multae ex veteribus rescentur.

§. 6. *Quinta* lex. In omni genere scientiarum mathematicarum, hoc agendum est, vt perfectissimi habeantur auctores, & professores, nam omnium in Republica vtilium, machinarum, opificiorum atque temporis ratio ipsa, ab illis profluit. In primis sit qui cœli motus, atque alia contempletur, omnes eius partes exponat. Multa res illa ad vitam ciuilem, atque adeo cœlestem facit, opera Dei considerare, magnitudinem, symmetriamque cognoscere, terrarum tractus diuidere. Multæ, & ridiculæ ex harum ignoratione, superstitiones ortæ sunt fabulæque etiam apud barbaras nationes, quin & magicæ incantationes, non nisi inficitia talium rerum nuntiantur. Sint igitur iuncti Astronomis, Geometræ, Geographi, Arithmetici, Gnomonici, Dioptrici, instrumentorum etiam fabricatores, nulla enim harum artium est, quæ non aliquando summam necessitatem, vsumque habeat.

§. 7. Suprema demum cura Metaphysicæ tribu-
tur, quæ proxima Theologiæ est, imo naturalis quæ-
dam Theologia, cuius etiam nunc pars præcipua in
Theologia, docetur. Quæ de re initio suæ Metaphysicæ
cæ Franciscus Soarezii noster plurima, accuratè tra-
ctat, et maque disputat.